Differētia Secūda In eternum. De profundis.

# De Octauo Tono.

Tercia differentia: ſimili modo Cantũ qui in Cſolfaut incipit aſcendentem. Exemplum.



Differentia Tercia. Euntes i bant Ego dormi ui

Sequiť intonatio in pſalmis minoribus verſuum productorum.



Dixit dominus domino meo/ ſede a dextris meis.

In verſibus correptis.



Credidi propter quod locutus ſum

Intonatio pſalmorum maiorum eſt talis.



Magnificat a nima mea dominũ. Benedictus domi-



nus deus iſrael quia viſitauit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue

Introitus in Pſalmo ſic deſcribitur.



Bene dicamus patrem ⁊ filium cũ ſan cto ſpiri tu

Reſponſorium in verſu ſic formari poteſt.

# De Tono Peregrino.







# De Tono Peregrino.

¶ Triplici hic Tonus/ratione dicit Peregrinus. Primo ab inuentore. Secūdo/ꝙ raro ī pſalmodia habet. Tercio: ꝙ ſm aliqs quarta ſit differentia Hipomixolidij longe a natura ſui capitalis ꝓcedit Peregrina eſſe differētia dicit. Aliqui ꝓ fine Gſolreut/nōnulli vero dlaſolre ponuntur. Peregrinus tripli ci ratione

Exemplum.




¶ Iſta/generalia/circa tonos dicta/que conſuetudine et vſu cuiuſcunqꝫ dyoceſis ſiue Chori variantur.

# De figuris Notarum.

SEcunt nūc de Cantu Figurato paucula quedam dicēda/que breuibus expediemus: adiunctis ſemp exemplis idoneis. et qd ceteri ambigue de hac reſcripſerūt: hoc libello clarius breuiuſq; oſtendētur nō curantes verborū ſublimitati: ſed ſimplici ac plana via ꝓcedemꝰ ſicuti milibus intuenti patebit.

*Figure notularum*

¶ Videndū eſt itaq; ante om̄ia de cōſideratione figurarū eſſentialiū apud Antiquos: quarū quinq; ſunt. Maxima. Longa. Breuis. Semibreuis: ⁊ Minima. Et primo/quid ſit figura: que ſpecies eſt notarum cognitionē faciens: p quā om̄is ꝓportio harmonicaliter exprimi dicit. Sunt em̄ octo apud Modernos quoꝝ diuiſio a diuerſis cātoribus diuerſimode aſſignari poteſt vt infra.

| | | |
|---|---|---|
| | Maxima | |
| | Longa. | |
| | Breuis. | |
| Figurarū alia eſt. | Semibreuis. | vt hic |
| | Minima. | |
| | Semiminima | |
| | Fuſa. | |
| | Semifuſa. | |



*Quattuor figure. perfecte et imperfecte.*

¶ Quarū quattuor prime ſpeciē habent pfectionis ac impfectionis Illud tū eſt ſciendum: maximā habere ꝓprietatem modi pfectionis impfectionis/et colorationis. Et eſt duplex: maior videlicet perfectus maiorq; impfectus/qui modi in maximis ſemp cōſiſtunt. Et per longam maxima poteſt impfici: et ante: et poſt: p eius valorē. Item. Longa alterari poteſt ante maximā: ⁊ maxime colorari poſſunt ſuis cum figuris appropriatis. Et habēt iſti modi maiores/modū eundē omni in ordine ſuo cū modo minori magis nec minus/in pfectionibꝰ et in impfectioībꝰ. Itēq; in alterationibꝰ/aut in colorationibꝰ cū ptinētibus ſuis. Iſtaq; poſſunt fieri gr̄a modi maioris pfecti. Exemplū.

*Duplex modus*

*Modus maior pfectus.*



*Maior modꝰ impfectus*

Modus maior impfectus eſt binarius ſimiliter ꝯſiſtit in Maximis ſed nec fit alteratio nec impfectio: neq; coloratio. Iſtiq; modi maio-

res computari debent cum maximis: aut cum valoribus earundem vſq; ad finem cantus. Exemplum. perfectus



Maior ꝑfectus: ⁊ conſiſtit in maximis: maxima valet tres longas
Signorum modorum alius. Maior imꝑfect⁹ ⁊ cōſiſtit in maximis: ⁊ maxīa valet duas longas
Minor ꝑfectus cōſiſtit in longis: et longe valet tres breues.
Minor imꝑfectus cōſiſtit in longis: ⁊ longa valet duas breues.

Omnium vero maximarū ⁊ longarū in quocunq; modo conſiderandas quantitates hac deſcriptione notiſſime quiſq; facile percipiet.



Modus perfectus maior imꝑfectus Modus ꝑfectus minor. imꝑfectus.

¶ Priſci varia eīn quantitatū ſigna Maioris modi/ſiue minoris/ poſuere/Que (nunc aboleta) duximus reprobanda/vt apud Philoſophum/ Fruſtra eſt per plura quod fieri poteſt ꝑ pauciora/Sed ea que ſunt cōmuniora ſequunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Perfecti de tempore ꝑfecto prolationis maioris. | ⊙3 | Signa trinſeca |
| Signorū modorū alius | Perfecti de tempore imperfecto prolationis minoris | O2 | |
| | Imperfecti de tempore perfecto ꝓlationis maioris | C·3 | Signa ca pite cātus ordinant. |
| | Imperfecti de tempore imꝑfecto prolationis minoris. | C2 | |

¶ Signa iſta ꝑordinata videlicet Circuli in capite cantus ordinari conſueuerūt/ad dinoſcendum: cuius vel temporis vel ꝓlationis ſint Punctus autē in Circulo maiorē ꝓlationem ſignificat. Cum autem punctus in Circulo nō ordinat: tunc ꝓlationē minorē ꝑtendit. Preterea Modus minor in circulis verſat aut conſiſtit: tēpus in Cifris. Et prolatio in circulorum medio vt dictum eſt.

Prolatio puncto dinoſcitur. Modus maior.

¶ Mod⁹ maior ex ſua natura/nō hꝫ ſigna ſpecialia: niſi coloratiōes ⁊ maxiarum imꝑfectiōes: alteratiōes longarū: atq; pauſas triū longarū

# De Signis extrinſecis.

Maxima nō alterat̄ nec in minima. ¶ Maxima nō alterat̄/quia nō habet figurā maiorem ſe:nec ſub minima habet fieri alteratio in figuris:q̄ triplicatione vacat:neq̄ paußa alterat̄. Poteſt tñ alteratio deponi p̄ punctum diuiſionis et p̄ notarum denigrationem

Quid modus. ¶ Modus eſt trium longarū contra maximā/aut triū breuium contra longam poſitio. Sed modus minor eſt duarū longarum contra maximam aut duarū breuium contra longam poſitio.

Figure/ q̄ impficiūt et impficiuntur ꝛ alterationes faciunt. ¶ Alius modus dicit̄ minor:et eſt duplex:minor perfectus:ꝛ minor impfectus:ꝛ cōſiſtunt ſemp in longis. ꝛ poteſt longa impfici p̄ breuē vel ante/vel poſt/vel per valorē eius. Similiter breuis alterari poteſt ante longam:ꝛ longe colorari poſſunt/cum ſuis figuris p̄tinentibus et habēt iſti modi minores modum eundem in om̄i ordine ſuo:cum tempore magis nec minus:in pfectionib⁹:ꝛ in impfectionib⁹. Item in alterationibus/aut colorationibus ſuis cū appropriatis figuris. Et habēt iſta fieri cauſa modi minoris pfecti. Exemplum.



Minor modus ¶ Modus minor impfectus eſt de numero binario:qui item in longis conſiſtit. Sed nō fit alteratio impfectio/neq̄ coloratio:ꝛ iſti modi minores computari debent cum longis/aut cum valoribus:vſq̄ ad finem cantus. Exemplum.



Signa intrinſeca modi minoris. ¶ Signa autem intrinſeca modi minoris perfecti ſunt. coloratiōes et longarum impfectiones:necnon breuium alterationes: ꝛ pauſe trium breuium.

# De Signis Extrinſecis.

Signum quid ¶ Signū eſt quod priorem de cantu cognitionē efficit:quo ad modum:tempus ꝛ ꝓlationē. Sed ſigna tm̄ ſunt ʒophiſtice appellatiōis. De Signis autem intrinſecis veteres optime ſenſerūt vt dictum eſt: ꝛ varia tñ poſuerunt ſigna. Nos vero prolixitate menſure ea omittimus. Nam vbi modus:ibi tēpus ꝛ prolatio:q̄uis non econtra. In

omibus itaq; ſignis tp̄s eſt et ꝓlatio:ſed modus nō. Quare aliā poſuimus ſignorū diuiſionem:nam aliqua ſigna ſunt ꝓlationis maioris:quedam minoris:quedam autem diminutionis:vt in figura ſuperiori clarius.

In omib⁹ ſigniſ tempus ꝛ prolatio.

¶ Signū illud primum appellat̄ corona/me iudice:q̄uis apud antiquos diuerſis nomib⁹ vocitet̄/in iſto ſigno oēs voces conueniunt aut ꝓpter deuotionē:aut ꝓpter ſonoroſitatē. Alterū vero ſignū reinceptionis aut reiterationis appellitat̄:quia quot puncta in vna parte vel dextri vel ſiniſtri lateris ponunt̄ in iſto ſigno:tot fiūt reinceptiones:id quod nunc paſſim perperam corrumpi videmus.

Signa minus principalia.



# De Tempore.

¶ Tempus eſt duarū vel triū ſemibreuiū:aut valoris earundē cōtra breuem poſitio. Et eſt duplex:ꝑfectum et impꝑfectum:ꝛ cōſiſtit ſemper in breuibus. Et poteſt breuis impꝑfici ꝑ ſemibreuem:vel ante:vel poſt aut ꝑ eius valorē. Similiter ſemibreuis alterari poteſt ante breuem:ꝛ breues collorari poſſunt cum ſuis figuris appropriatis. Et iſta fieri poſſunt cauſa temporis perfecti.

Tempus quid.

¶ Signa intrinſeca tp̄is ꝑfecti ſunt impꝑfectiones:colorationēs breuium:necnō alterationes ſemibreuiū:et pauſe duarū ſemibreuium.

Tempis intrinſeca ſigna.





¶ Hanc regulam mente complectere. Quod in cantu ꝑfecto breuis colorari poſſunt/et impꝑfecte ſunt.et oportet q̄ tres ſint breues colorate:aut earundem valor:Quare ſemibreues, etiā minime colorari poſ-

Regula

ſunt cum breuibus:quia breuibus coloratis ꝑtinent:ob hoc ſemibreues colorant̃ etiã minime:quẽadmodum et breues ipſe quia incluſiue illis pertinent. Similiter tres breues:aut tria tempora imperfecta colorata aut nõ:duo ꝑfecta faciũt tẽpora. Sic duo ter ſumpta faciũt ſex. Sic tria bis ſumpta ſex faciũt. ¶ De Tactu.

Tactꝰ qd ¶ Item. Tactus eſt in menſura cõtinua motio. Tactu autẽ ꝑ figuras ⁊ ſigna:in ſingulis Muſices gradibꝰ fieri habet:quare nihil aliud eſt/ꝗ̃ debita ⁊ cõueniens menſura modi/tẽporis/⁊ ꝓlationis:

Cãtus imꝑfecti temporis. ¶ Iſte Cantus eſt de tꝑe imꝑfecto/qui item in breuibus ſituatus eſt Et numerari habet cũ temporibus imꝑfectis: aut earundẽ valoribꝰ quare non fit alteratio:imperfectio:neqꝫ coloratio: ꝓpter numerũ binarium: ⁊ habet eundẽ modũ cum ꝓlatione maiori in omni ordine ſuo. Exemplum.



## De Prolatione.

Prolatio quid. ¶ Prolatio eſt duarum vel triũ minimarũ:aut valoris earundẽ: cõtra ſemibreuẽ poſitio. Et ſemꝑ in ſemibreuibus cõſiſtit. Et ſemibreuis poteſt imꝑfici/ꝑ minimã ante aut poſt:aut per valorẽ eius. Similiter minima alterari poteſt ante ſemibreuẽ: ⁊ ſemibreues colorari poſſunt cum ſuis figuris appropriatis. Exemplum.



¶ Alia ꝓlatio dicit̃ minor tpis imꝑfecti: et eſt binaria: que ſimiliter conſiſtit in ſemibreuibus/ſed nõ fit alteratio: imperfectio: neqꝫ coloratio: ꝛ ꝓlationes iſte cõputari debẽt cum minimis: aut cum earundem valoribus vſqꝫ ad finem cantus. Exemplum. Prolatio minor.



# De punctis.

¶ Punctus eſt quoddã titellum quod duas interponit̃ figuras: aut prioris medietatẽ addit: aut diuidit tempus: aut ꝑficit notam. Unde antiqui ſex poſuerunt: ſed iſtos tres ſequentes cõſiderauimus. Punctus quid.



¶ Perfectionis eſt/ qui perficit aliquã figurã: ꝛ ordinat̃ in om̃i numero binario/hoc eſt in cantu imperfecto: nam quod imperfectum eſt/perfici poteſt.

Punctoꝝ alius

¶ Diuiſionis eſt/qui imperficit aliquã figurã: ꝛ iſte punctus ordinari ſolet in numero ternario: hoc eſt in cantu ꝑfecto: nam quod perfectũ eſt/imperfici poteſt.

¶ Additionis eſt/qui addit̃ minime: quia minima nec ꝑfici: nec imperfici poteſt/eo quod nihil aliud eſt niſi ꝓportõ dupla: quia triplatione vacat.

# De Notarum ꝑfectione ꝛ imꝑfectiõe

¶ Perfectio eſt notã imperfectã perfectã reddere. Fit autẽ imꝑfectio dupliciter: videlicet ab ante ꝛ retro: ꝛ hoc tripliciter in modo: tempore: ꝛ in ꝓlatione: et hoc mediante puncto. Perfectio quid

¶ Signa intrinſeca ꝓlatiõis maioris ſunt imꝑfectiões breuiũ atqꝫ ſemibreuiũ. Colorationes breuiũ atqꝫ ſemibreuiũ/pauſe duarũ ſemibreuium: et duarum minimarum. Prolationis ſigna.

¶ Omnis punctus additionis: ſeu perfectiõis additus cuicũqꝫ note imperfecte ſemꝑ valet dimidietatem ꝓcedentis redditqꝫ figurã ꝑfectã vt hic Punctus



*Quare non imperficiuntur*

De reliquis vero tribus nemini curandũ eſt/ſub his eñ tribus comprehenduntur.

¶ Item figure imperficiunť ſeu diuidunť ꝓpter ſillabas verborum que diuidi non poſſunt.

*Pauſa* — *Joannes de Muris*

¶ Pauſa nunq̃ imperficiť. nec ſimilis ſimilem imperficit dicẽte Joanne de Muris ſimilem a ſimili imperfici poſſe nuſq̃ creditũ ſit ⁊c. Jdeo ſemꝑ figura minor/maiorẽ precedentem imperfici habet et nõ ſequentem/niſi mediaret punctus diuiſionis.

## De Alteratione.

¶ Alteratio eſt ꝓprij valoris/ſm note formã duplatio. Diciť autem alteratio: quaſi alterius actio. Et fit quadrupliciter.

*Modus maior.*

¶ In modo maiori/q̃ñcunq̃ due longe ordinanť inter duas maximas perfectas / ſecunda erit altera: valebitq̃ duas longas vt hic



*Modus minor.*

¶ In modo minori/q̃ñcuq̃ due breues ponunť inter duas longas perfectas/ſecũda erit altera: valebitq̃ duas breues vt hic



*Tempus*

¶ In tp̃e/q̃ñcunq̃ due ſemibreues locanť inter duo tp̃a pfecta: ſecunda alterať: valebitq̃ duas ſemibreues: vt hic.



*Prolatio.*

¶ In prolatione q̃ñcunq̃ due minime immiſcenť inter duas ſemibreues: ſecunda alterať: valebitq̃ duas minimas: vt hic



*Perfectio in ligaturis*

¶ Nota q̄ in tali ligatura: vt hic.




cum cantus eſt perfectus/ſic ſecunda ſemper alteratur: ſed non oportet.

*Color quid* — *Hemiola*

¶ Item Color ſemꝑ aufert terciã partem: niſi in temporibus perfectis non ſignatis/vbi color hemioliã ꝓportionẽ ſignificat: licet ibidẽ color etiã terciã auferat partẽ in tactu: nõ tñ id facit in motu. In tempore perfecto: color nõnunq̃ nihil ademit: ideo ſolum perfectionis/alterationis/vel imꝑfectionis gracia apponiť: fitq̃ tm̃modo in modo in breuibus: ⁊ ſemibreuibus. In tempore in ſemibreuibus ⁊ minimis. In ꝓlatione in minimis et ſemiminimis.

## De Sincopa.

*Sincopa quid*

¶ Sincopa in menſurabili cantu/eſt abſtractio certi valoris quantitatum ab ipſis figuris: cuius due ſunt ſpecies.

# De Pauſis.

¶ Semiditas fit in tēpore imperfecto: qn̄ ſemicirculus per tractū diuidit᷑: vt hic ₵ Ibi enim dumtaxat medietas omnium notarum canit᷑. *Semiditas.*

¶ Diminutio autē fit in tempore perfecto: qn̄ circulus per tractū diuidit᷑: vt hic ⌽ Ibi em̄ ſolūmodo tercia notarum pars aufert᷑. Vult em̄ cantum in tali ſigno modicum velocius tangi debere ꝗ̄ in illo ○ Sunt em̄ vnum et idem in eſſe et valore. *Diminutio.*

# De Pauſis.

¶ Pauſa eſt/vt Lucillus ſcribit/alicuius rei requies: ⁊ fit ꝓpter tria Primo ꝓpter anhelitus refectionem: quia ſicut in cantādo figuras notarū ponimus: ita in tacendo pauſas locamus. Secūdo propter notā difficulter cantandā vel locandā in cōpoſitiōe: quia nō omnes note/tono et melodie deſeruiūt. Tercio ꝓpter cātus variationē: quia nunc cantare/nunc pauſare variare eſt: ⁊ quanto vartiabilius: tanto delectabilius auribus noſtris inſonat. *Pauſa qd Lucillus*



Pauſa modalis. Pauſa longe Pauſa breuis Pauſa ſemibreuis Pauſa minime Pauſa ſemiminime

# De Ligaturis.

¶ Ligature note ſunt copulate vel ligate adinuicem/que ſeperi non poſſunt: et nō poſſunt eſſe alie figure: ꝗ̄ longa: breuis: ſeu ſemibreuis. *Ligature quattuor.*

¶ Minima nō poteſt copulari ī ligaturis. nec maxima/ꝗ̄uis maxima aſcribit᷑ ligaturis/tn̄ nec magis nec minꝰ valet: ſʒ manet maxima

¶ Tractus eſt linea recta aſcendens ſeu deſcendēs a parte ſiniſtra: vt hic *Tractus quid*




¶ Iſte ligature ſequētes nō ordinant᷑ licite: ſed falſe ſunt. Nam ligature oblique ordinate ſunt ad deſcenſum. Sed quadrate potius ad aſcenſum. Etiā vna nota nō eſt ligatura: ſed plures ligate. *Nota ligatura*



# De Ligaturis.

¶ Talis ligatura inferior valet breuem: et ſup̃ma longam: et tñ iudicari poſſunt ambe longe: quia vna habet tractũ aſcendentem longe ſicut hic Alia habet tractũ deſcendẽtem longe vt hic Ad hoc reſpondẽdum: q̃ ibidem nullus eſt tractus ſed copula/ quia tractus ab vna parte debet eſſe liber.

Obliqua cum tracto aſcendente prima et ſecunda ſunt ſemibreues.
Obliqua cum tracto deſcendente prima et ſecunda ſunt breues.
Obliqua ſine tracto prima longa et ſecunda breuis.



Ligatura alia

Quadrata cum tracto aſcendente prima et ſecũda ſunt ſemibreues.
Quadrata cum tracto deſcendente prima breuis ſecunda longa.
Quadrata ſine tracto prima aſcẽdẽs. cum ſecunda ſunt breues.
Quadrata ſine tracto prima deſcendens cum ſecunda ſunt longe.



# De Proportionibus.

Proportio quid

PRoportio Musicalis est similium vel dissimiliū adinuicem collatio. Et habet fieri sicut ꝓportio arithmetrica que in numerorꝫ adinuicē consistit collatiōe. Dicitur autē ꝓportio a pro ⁊ portio: ꝙ idem est quod pars: quia ꝓ parte ꝓportionali siue ⁊ numeri ⁊ voces conueniunt: ⁊ ꝓ parte differunt: Unde ꝓportio magis ꝓprie dicitur esse dissimilium ꝙ̃ similiū. Et licet in similibus vocibus ꝓportio inueniatur videlicet in Unisono. Sunt aūt ꝓportionis huius plures species: quarū distinctio a diuersis diuersimode assignatur. Dicūt enī quidem sex tm̄ huiusmodi ꝓportiones que sunt: dupla: sesquialtera: sesquitercia: dupla/ ⁊ duarꝫ terciarū sesquioctaua: ⁊ tripla. Que quidem ꝓportiones in huiusmodi numero inueniuntur. 1. 2. 3. 4. 8. 12.

Proportōnis species

Dupla

¶ Primo itaqꝫ inter. 1. et: 2. fit ꝓportio dupla/ qꝛ duo in dupla plus continet ꝙ̃ vnum.

Sesquialtera. Hemiolia.

¶ Secundo inter. 2. et. 3. Est ꝓportio Sesquialtera: quia maior numerus continet minorē totū ⁊ eius alterā partem. Et dicitur a sesqui ꝙ est totū/ et altera. Dicitur enī ista ꝓportio grece Hemiolia: ab hemi ꝙ est dimidium et olon totum.

Sesquitercia. Plato Epitritus

¶ Tercio inter. 3. ⁊. 4. Est ꝓportio Sesquitercia/ que ꝯtinet totū ⁊ terciam partē totius. A sesqui ꝙ est totū ⁊ tercia. Alio nomīe a Platone dicitur in Thimoteo. Epitritus a epi: ꝙ est supra/ et tris ꝙ est tres.

Duarum terciarum dupla

¶ Quarto inter. 8. ⁊. 3. est ꝓportio dupla ⁊ duarum terciarum: eo ꝙ 8. continet bis tres: et duas tercias: trium.

Sesqocta ua. Plato Epogdus

¶ Quinto inter. 9. ⁊. 8. est ꝓportio sesquioctaua: eo ꝙ cōtinet totū numerum octauarū: ⁊ eiusdem octauā partē scilicet vnitatē/ Appellatur a Platone in Thimote. Epogdus quasi sup octauus.

Tripla

¶ Sexto inter 9. ⁊. 27. est ꝓportio tripla: eo ꝙ. 27. cōtinet ter. 9.

Porpor. musica

¶ Secundū has aūt ꝓportiones/ numerorū ꝑdictorum debent iste sumi ꝓportiōes Musicales: ita ꝙ illa ꝓportio que in numeris Dupla dicitur/ in vocibus Musicalibus dicetur Diapason/ Et que ibi dicitur sesquialtera. Dicetur hic Diapenthe. Et que ibi Sesquitercia/ hic Diatessaron vocetur. Que vero ibi dupla ⁊ duarū terciarū dicitur. Dicatur hic ꝓportio cōposita ex Diapason ⁊ Diatessaron. Et que Sesquioctaua nominatur tonus. Que ibi tripla hic dicitur composita ꝓportio ex Diapason ⁊ Diapenthe. Sic ſm eos erūt in vniuerso sex.

¶ Notandum ꝙ tria sunt ꝓportionū genera simplicia. ⁊ duo cōpo

ſita. Tria ſimplicia ſunt. Genus multiplex. Genus ſupparticulare: et genus ſuperpartiens. Compoſita ſunt: genus multiplex ſuperparticulare: et genus multiplex ſuperpartiens.

Genus multiplex. ¶ In genere multiplici ſunt dupla: tripla: quadrupla: quintupla: ſexdupla. ⁊c. Et habent reſpectū ſuū ſemꝑ ad. vnitatē. 2. ad. 1. 3. ad. 1. 4. ad. 1. vt infra.

| | | Signa |
|---|---|---|
| Proportionū generū ſimpliciū in genere multiplici. | Dupla ⁊ ſunt. 2. ad. 1. | 2/1 |
| | Tripla ⁊ ſunt. 3. ad. 1. | 3/1 |
| | Quadruplicia ⁊ ſunt. 4. ad. 1. | 4/1 |
| | Quintupla ⁊ ſunt. 5. ad. 1 | 5/1 |
| | Sextupla ⁊ ſunt. 6. ad. 1. | 6/1 |
| | Sepdupla ⁊ ſunt. 7. ad. 1 | 7/1 |

Genus ſuperparticulare. ¶ Item in genere ſuperparticulari ſunt: ſeſquialtera/ſeſquitercia/ſeſquiquarta/ſeſquiquinta. ⁊c. Et ſunt qn̄ maior numerus continet minorem totum/et eius alterā partē: ſeu terciam: ſeu quartam vel quintam. ⁊c. Et aliqn̄ partē aliquotā: ſicut. 3. ad. 2. 4. ad. 3. 5. ad. 4. vt infra.

| | | Signa |
|---|---|---|
| Proportionū generū ſimpliciū in genere ſuperparticulari. | Seſquialtera ⁊ ſunt. 3. ad. 2. | 3/2 |
| | Seſquitercia et ſunt. 4: ad. 3. | 4/3 |
| | Seſquiquarta ⁊ ſunt. 5. ad. 4. | 5/4 |
| | Seſquiqnta ⁊ ſunt. 6. ad. 5. | 6/5 |
| | Seſquiſexta ⁊ ſunt. 7. ad. 6. | 7/6 |
| | Seſquiſeptim ⁊ ſunt. 8. ad. 7. | 8/7 |
| | Seſquioctaua ⁊ ſunt. 9. ad. 8. | 9/8 |

# De ꝓpoꝛtionibus.

¶ In genere ſuppartienti ſunt. Supbipartiẽs: ſuptripartiens ⁊c̃. Et ſunt/qñ maioꝛ numerus continet minoꝛẽ totū: ⁊ eius aliquas duas ſeu tres vel quattuoꝛ partes ⁊c̃. Et ſunt. 5. ad. 3: 7. ad. 4. vt infra. Gen⁹ ſup partiens.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pꝛopotionū generū ſimpliciū in gñe ſup partienti. | Supbipartiens/⁊ ſunt. 5. ad. 3. | | 5<br>3 |
| | Suptripartiẽs: ⁊ ſunt. 7. ad. 4. | ſigna | 7<br>4 |
| | Supquadꝛupartiẽs/⁊ ſunt. 9. ad. 5. | | 9<br>5 |

¶ Duo ſunt genera compoſita: videlicet genus multiplex ſuperparti culare. Et genus multiplex ſuperpartiens. Cōpoſita.

¶ In genere mľtiplici ſupparticulari ſunt: dupla ſeſquialtera: tripla ſeſquialtera ⁊c̃. Et ſunt qñ maioꝛ numerus continet minoꝛẽ numerū bis: aut ter ſeu quatter ⁊c̃. ⁊ alterã partẽ: ſeu terciã aut quartã Multiplex gen⁹ ſupparticularis

| | | | |
|---|---|---|---|
| Generū ꝓpoꝛtionū cōpoſitoꝛū in genere multiplici ⁊ ſupparticulari. | Dupla ſeſquialtera ⁊ ſunt. 5. ad. 2. | | 5<br>2 |
| | Dupla ſeſqtercia/⁊ ſunt. 7. ad. 3. | | 7<br>3 |
| | Tripla/ſeſqaltera/⁊ ſunt. 7. ad. 2. | Signa | 7<br>2 |
| | Dupla/ſeſquiqrta/⁊ ſunt. 9. ad. 4. | | 9<br>4 |

¶ In genere multiplici ſuppartienti ſunt: dupla ſuperbipartiẽs. Dupla ſuptripartiens ⁊c̃. Et ſunt cū maioꝛ numerus cōtinet minoꝛẽ bis aut ter/ſeu quatter ⁊c̃. Et ſunt. 7. ad. 3. 11. ad. 4. ⁊c̃. Suppartiens multiplex gen⁹

| | | | |
|---|---|---|---|
| Generū ꝓpoꝛtionū compoſitoꝛū in genere ſuppartienti et multiplici. | Dupla ſuperbipartiens: ⁊ ſunt. 8. ad. 3. | | 8<br>3 |
| | Dupla ſuptripartiẽs: ⁊ ſunt. 11. ad. 4. | ſigna | 11<br>4 |
| | Tripla ſupbipartiens: et ſunt. 11. ad. 3. | | 11<br>3 |

¶ Notandū q̄ nō vtimur om̄ibus iſtis ꝓpoꝛtionibus in cantu noſtro moderno. Sed vtimur dupla: tripla: aliqñ quadrupla. ſeſquialtera hemiola: et nō hemola. Aliqñ ſeſquitercia: ſed raro. Seſquioctaua q̄ rariſſime. Dupla ſeſquiquarta raro. Sed de ceteris nō facimus mentionẽ: quia difficulter cantari poſſunt: q̄uis ab expertiſſimis aliquando cantant: et ſm hoc q̄ reducunt. Quas vtimur pꝛopoꝛtiones

# De Proportionibus

Quõ pro-por. ordi-nantur

Nota qñcunq; ꝓportio ordinat̃ in cantu nõ p̱ mediũ: tunc vtimur prolationis menſura. Sed qñ ordinat̃ in cantu p̱ mediũ: tunc capie-mus menſurã cũ tꝑe: alias difficulter cantari poſſunt.

Seſquial-tere nõ eue-nit altera-tio.

¶ In ꝓportiõe ſeſquialtera hemiolia alteratio nõ fit q̃zuis ternaria eſt ex parte numeri ipſius ꝓportionis: tñ ex parte temporis aut ꝓla-tionis nõ eſt/ideo nõ fit alteratio.

Alteratio ĩ ternario numero

¶ Om̃is ꝓportio eſt de tempore ⁊ ꝓlatione: quare cautius videndũ eſt: ex qua vi alteratio ſeu imꝑfectio fieri habet: vł ex qua parte ipſius proportionis qñ ipſa eſt ternaria: vel ex parte tp̃is aut ꝓlationis qñ eſt binaria. Et ideo alteratio fieri habet in om̃i numero ternario.



Dupla.





Tripla.





Quadrupla.





Seſquialtera.





Seſquitercia.





Seſquioctaua.



# De Conſonantiarū ordinatione

## Conſequēter hic inducit̄ quomodo

Conſonantie ſint ordinande tam in ſupremis notulis q̄ʒ in medijs ⁊ infimis ſimul: ⁊ quo pacto locande ſunt pfecte cum imperfectis: ⁊ cū eorum compoſitis.

Conſonātiarū numerus.

Quattuor ſunt conſonantie ex quibus om̄es cōſonantie cōponunt̄: ⁊ deriuant̄ ad infinitum vſq3: ſicut numerus infinitus eſt. Et ſunt due pfecte Vniſonus videlicet ⁊ quinta. Alie due ſunt impfecte ſcilicet tercia ⁊ ſexta. Item iſtarū conſonantiarū vna fortis eſt et perfecta: videlicet quinta: ⁊ alia debilis: etiā pfecta ſcilicet Vniſonus. Silr̄ imperfecta: vna eſt fortis: videlicet tercia. Et alia debilis ſcilicet ſexta.

Faulxbourdun. Et ideo quarta excuſari poteſt per fortiores cōſonantias predictas: perfectam ⁊ imperfectam: ſicut in faulxbourdun.

Vniſon⁹. ¶ Item ab Vniſono componunt̄ octaua ⁊ quintadecima. id eſt. duplex octaua que om̄es perfecte ſunt: quia componunt̄ ⁊ deriuant̄ a pfecta: videlicet ab Vniſono.

Quinta. ¶ Item a quinta cōponunt̄ duodecima et nonadecima que etiā pfecte ſunt: quia a perfecta componunt̄: videlicet a quinta: ⁊ habent cōpoſite eandem virtutem cum quinta.

Tercia. ¶ Item a tercia componunt̄ decima ⁊ ſeptimadecima: que imperfecte ſunt. Nam ab imperfecta deſcendunt: videlicet a tercia: et habent compoſite ſimiliter eandem virtutem cum tercia.

Sexta ¶ Item a ſexta componunt̄ terciadecima ⁊ vigeſima que imperfecte ſunt: quia oriunt̄ ab imperfecta ſcilicet a ſexta: et habent cōpoſite eandem virtutē cum ſexta: et ſic de om̄ibus compoſitis ad infinitū vſq3.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Vniſonus | Octaua | |
| | | Quintadecima | |
| | | Duodecima | perfecte ſunt. |
| | Quinta | Nonadecima | |
| Conſonantiarū ſimplicium: alia | Tercia | Decima | |
| | | Septimadecima | imperfecte ſunt. |
| | Sexta | Terciadecima | |
| | | Vigeſima | |

# De Conſonantiarum ordinatione

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | Perfect | | quinta | |
| Conſonantiarū ſimplicium:alie | Fortes | impfeca | vt hic | tercia | ſil'r cōpoſite. |
| | | ꝑfecta | | vniſonus | |
| | Debiles | impfecta | vt hic | ſexta | ſil'r cōpoſite |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Conſonantiarū perfectarū:alia | Vniſonus<br>Quinta.<br>Octaua<br>Duodecima.<br>Quintadecima<br>Nonadecima | eiuſdem nature. perfecte ſunt. | Species perfecte |
| Conſonnntiarū impfectarū:alia | Tercia<br>Sexta<br>Decima<br>Terciadecima<br>Septimadecima<br>Vigeſima | imperfecte ſunt | Species impfecte |

¶ Pro quo notandum eſt/ꝙ couſonantie imperfecte ſunt duplices/ Duplex
alique habent ſemitoniū plus q̃ alie:ſicut tercia ꝑfecta: ⁊ ſexta ꝑfecta impfecta
Tercia autē impfecta:et ſexta impfecta ſemitonium minus habēt. Et cōſonātia
habent locum determinatū/vbi ⁊ quomodo ordinari debent.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | Dytonus | | Tercia | |
| Conſonantiarū impfectarū:alie: | perfecte | Hexadē maior | vt hic | Sexta | ꝑfecte. |
| | | Semidytonus | | Tercia | |
| | impfecte | Hexadē minor | vt hic | Sexta | īꝑfecta |

¶ Notandū ꝙ plures cōſonātie ꝑfecte inuicē ſequi nō poſſunt: vna Cōſo. ꝑfe-
poſt aliā. Et hoc de eiſdē cōſonantijs/ſicut plures Vniſoni aut quin cte ſe ſequi
te ſeu octaue ⁊c̄. ſed de diuerſis poſſunt ſicut poſt octauā quintā ordi nō poſſūt.
nari poteſt:ſeu poſt quintam Vniſonus ⁊c̄.

¶ Item plures cōſonantie impfecte inuicem ſequi poſſunt:vna poſt Impfecte
aliam de eiſdem cōſonantijs:ſeu de diuerſis ad cantoris:voluntatem ſe ſequi
ſicut plures tercie:aut plures decime ⁊c̄. aſcenſu vel deſcēſu: ⁊ hoc gra poſſunt.
datim procedendo/non multum ſaltando.

¶ Nota ꝙ fa contra mi in conſonantijs perfectis ordinari non po Mi cōtra
teſt quia deficiunt in ſemitonio:aut ſuperabundant: ſicut Diapaſon Fa.
minor:aut Diapenthe minor.

Exemplum.

# De Conſonantiarum ordinatione.



Tenor. Baſſus.

Cõtrapũcti ordo

¶ Si quis ordinare pretenderit cõtrapunctum extrema ſuauitate ꝑ verã artem quare vnus ſuauior eſt alio multis in gradibus ꝛ hoc ꝑ modum ordinandi: ideo ſequi debemus modum ꝛ regulas ſcriptas ſequentes.

Ordo notarũ tenoris

¶ In ſupremis notulis tenoris ordinande ſunt ꝯſonantie minores ſicut tercie ꝛ Vniſoni: ꝛ in medijs/quinte ꝛ ſexte: ꝛ in inferioribꝰ notulis tenoris ordinãde ſunt cõſonãtie maiores: ſicut decime: octaue: aut duodecime: ſm ꝙ placet aſceñ. vel deſceñ.

Exemplum de ſupremis notulis.



Diſcantus. Exemplum de medijs notulis.



Tenor.



Diſcantus. Exemplum de inferioribus notulis.



Tenor.

# De Conſonantiarum ordinatione



Diſcantus.



Tenor.

¶ Notandū/ ꝙ qn̄cunqȝ tenor aſcendit/tunc contrapunctus deſcen dere debet inq̄ꝝtū licite: et poteſt qn̄ tenor deſcendit/ſic cōtrapunctus aſcendere debet inq̄ꝝtū licite poteſt. id eſt. ꝙ contrapunctus gradatim et plane ꝓcedere ⁊ ordinari debet nō multum ſaltando: aliqn̄ tn̄ ſaltare poteſt: vt omnia loca linearum ⁊ ſpaciorum tam ſuperius: q̄ꝫ inferius occupent.

Cū tenor aſcendit.

Exemplum.



Diſcantus.



Tenor.

¶ Item in ꝓfunditate tenoris ordinanda eſt cōſonantia perfecta: videlicet quinta ⁊ octaua ſeu duodecima ⁊c. Quādo gradatim Tenor deſcendit: hoc eſt nota poſt notā/ nō ſaltando: neqȝ ꝑ terciam: neqȝ ꝑ quartam: nec ꝑ aliq̄ꝫ ſeu minimam ſpeciem.

Regula.

¶ Notandum ꝙ qn̄cunqȝ Tenor gradatim deſcendit: tunc in profunditate tenoris videlicet vltima nota in gradu deſcendēdo dicitur ꝓfunditas. Et in illa ꝓfunditate ordinari debet cōſonātia ꝑfecta: ſicut dictum eſt.

# De Conſonantiarum ordinatione.

¶ Si ordinaueritis in ꝓfunditate Tenoris quintam: tunc ordinande ſunt in notulis antecedẽtibus gradatim tercie: et vltima tercia debet eſſe ꝑfecta/ que ſi nã fuerit ꝑfecta ex ſe: tũc debet ſibi appropriari
Dyeſis ſignum tale ✗ et nuncupaẗ Dyeſis. Exemplum.



Diſcantus.



Tenor.

Regula ¶ Si ordinaueritis in' ꝓfunditate Tenoris octauam/ tunc in notulis gradatim deſcendentibus ante octauã illam ordinatã in ꝓfunditate: debent ordinari ſexte: et vltima ſexta ſimiliter erit ꝑfecta. que ſi nõ fuerit ꝑfecta ex ſe ꝑficieẗ: cum ſigno p̄dicto Dyeſis. Exemplũ.



Diſcantus.



Tenor.

Regula ¶ Si ordinaueritis in profunditate tenoris duodecimã: ſic in notulis gradatim deſcendentibus ordinande ſunt decime: et vltima decima ſimiliter debet eſſe perfecta/ ſic de tercia idem eſt iudicium.

Exemplum.

# Contrapuncti forma.




## De formatione Contrapuncti tales dantur regule. Prima eſt.

¶ Si diſcantus ordinat̃ in Vniſono cum tenore:cõtratenor ordina Diſcãtus
ri poteſt ſupra tenorem in.3.aut in.5.⁊Baſſus ſub Tenore ordinari 1
poteſt in.3.ſic altus eſt in.3.ſupra tenorem:aut in.5.ſupra baſſum.
¶ Si Baſſus ordinatur ſub tenore in.5.altus ordinari poteſt in.3.
ſupra baſſum.
¶ Si Baſſus ordinatur in.6.ſupra tenorem : altus ordinari debet
in.3.ſupra baſſum.
¶ Si Baſſus ordinatur in.8. ſub tenore:altus iungi ei poteſt in.5.
ſupra baſſum:aut in.3.aut etiã in.6.ſed raro:vel etiam in.10.
¶ Si Baſſus ordinat̃ in.10.ſub tenore.altus ordinari poteſt in.3.5.
6.8.ſupra baſſum.
¶ Si Baſſus ordinat̃ in.12.ſub tenore:altus ordinari debet in.3.5.
8.10.ſupra baſſum. ¶ Secunda.
¶ Si diſcantus ordinat̃ in.3.ſupra tenorẽ:tunc baſſus ordinari po- 3
teſt in.3.ſub tenore ⁊ altus vero ordinari poteſt in Vniſono cũ teno
re:aut in Vniſono cum baſſo:aut cũ diſcanto. Si baſſus ordinat̃ in.
6.Altus ſociari ei poteſt in.3.ſupra baſſum.Si baſſus ordinat̃ in.8.
ſub tenore:altus eſt in.3.5.ſeu.6.ſupra baſſum.Si vo baſſus ordinat̃
ſub tenore in.10.alt⁹ ordinand⁹ eſt in.3.5.8.ſupra baſſuz. ¶ Tercia
¶ Si diſcantus ordinat̃ in.3.ſupra tenorẽ:ſic baſſus ordinari poteſt 5

in.6.ſub tenoꝛe:⁊ altus in.3.aut in.8.ſupꝛa baſſum. Si vo baſſus oꝛ
dinat̃ in.8.ſub tenoꝛe:altus eſt in.3.5.10.ſupꝛa baſſum Quarta
¶ Si diſcantus oꝛdinat̃ in.6.ſupꝛa tenoꝛē. Baſſus oꝛdinat̃ in.3.ſub 5
tenoꝛe. Et altus in.3.6.ſupꝛa baſſum:aut in.10.ſupꝛa baſſum. Si baſ
ſus oꝛdinat̃ in.5.ſub tenoꝛe:altus eſt in.3.aut in.8.ſupꝛa baſſum. Si
baſſus eſt in.8.ſub tenoꝛe:altꝰ eſt in.3.aut in.5.ſupꝛa baſſum. Si baſ-
ſus oꝛdinatur in 10.ſub tenoꝛe:altus eſt in.3.5.ſeu in.8.ſupꝛa baſſum
Si baſſus eſt ſub tenoꝛe in.12.altus eſt in.3. 5.8. ſeu in.10. ſupꝛa baſ-
ſum. Quinta.
¶ Si diſcantus oꝛdinat̃ in.8.ſupꝛa tenoꝛē. Baſſus eſt in.3.ſub teno 8
re:et altus in.5.ſupꝛa baſſum aut in.8. Si baſſus eſt in.5. ſub tenoꝛe:
altus eſt in.3.ſupꝛa baſſum:aut in.8.ſeu in.10.ſupꝛa baſſum. Si baſ-
ſus eſt in.8.ſub tenoꝛe altus eſt in.3.5.10.ſupꝛa baſſum. Si baſſus oꝛ
dinat̃ in.10.ſub tenoꝛe:altus eſt in.3.5.8.ſupꝛa baſſum. Sexta.
¶ Si diſcantus oꝛdinat̃ in.10.ſupꝛa tenoꝛem:baſſus oꝛdinādus eſt 10
in.3.ſub tenoꝛe:⁊ Altus in.5.8.10.ſupꝛa baſſum. Septima.
¶ Si diſcantus oꝛdinat̃ in.12.ſupꝛa tenoꝛē:baſſus eſt in.3. ſupꝛa te- 12
noꝛem:⁊ altus in.3.ſupꝛa baſſum. Si baſſus eſt.5.ſupꝛa tenoꝛē:altus
eſt in.3.ſub baſſo:aut in.4.6.8.ſupꝛa baſſum Vltima.
¶ Item qñ diſcātus ⁊ tenoꝛ oꝛdinant̃ ꝑ bmol. ſemꝑ oꝛdinandū eſt Mi cōtra
bmol incōtratenoꝛe videlicet in ♮mi:alias deperderetis. 8.⁊.5. in te- fa diſſo.
noꝛe:⁊ in diſcantu duplicem octauam ⁊ duodecimā. Etiā nunq̄ oꝛ-
dinanda eſt.5.in ffaut.qñ bfa ♮mi dicit̃ mi:⁊ ſimiliter in ♮mi: quia
eſt ſpecies falſa.⁊c̃.

# Concordantiarum Tabula.




Tabula ad concordandum Clauicordia aut Clauicimbula: ꝛ alia instrumenta ſimilia habentia chordas.

Tabula reſonantiarũ ⁊ cõſonantiarũ cõpoſitarum: duarum: trium: quattuor:



quinqꝫ:ſex vocum:et ſimili modo componi,poſſunt ad infinitum vſqꝫ.



# Tabula Reſonantiarum.

¶ Iſta Tabula demonſtrat nobis omnes reſonantias exiſtentes ſuper quolibet ſignum manus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | elami | 6 | imperfecta |
| | ♮mi | 3 | perfecta. |
| Γ | dſolre | 5 | perfecta. |
| | gſolreut | 8 | perfecta. |
| | cfaut | 3 | imperfecta. |
| A | elami | 5 | perfecta. |
| | ffaut | 6 | imperfecta. |
| | Alamire | 7 | perfecta. |
| | dſolre | 3 | imperfecta. |
| | ffaut | 6 | imperfecta. |
| B | gſolreut | 5 | perfecta falſa. |
| | ♮quadrū mi | 8 | perfecta |
| | elami | 3 | |
| C | gſolreut | 5 | perfecta. |
| | alamire | 6 | |
| | gſolreut | 8 | |
| | ffaut | 3 | imperfecta. |
| | alamire | 5 | perfecta. |
| D | bfa | 6 | imperfecta. |
| | ♮mi | 6 | perfecta. |
| | dſolre | 8 | perfecta |
| | gſolreut | 3 | imperfecta |
| | ♮mi | 5 | perfecta |
| E | bfa | 5 | perfecta |
| | cſolfaut | 6 | imperfecta |
| | elami | 8 | perfecta |
| | alamire | 3 | imperfecta |
| F | cſolfaut | 5 | |
| | dlaſolre | 6 | perfecta |
| | ffaut | 8 | |
| | bfa | 3 | imperfecta |
| | ♮mi | 3 | |
| G | dlaſolre | 5 | perfecta |
| | elami | 6 | |
| | gſolreut | 8 | |

# Tabula Reſonantiarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | cſolfaut | 3 | imperfecta. |
| A | elami | 5 | perfecta |
| | ffaut | 6 | imperfecta. |
| | alamire | 8 | |
| | dlaſolre | 3 | |
| B | ffaut | 5 | perfecta |
| | gſolreut | 6 | |
| | bfa | 8 | |
| | dlaſolre | 3 | |
| | ffaut | 5 | imperfecta. |
| ♮ | gſolreut | 6 | |
| | ♮mi | 8 | |
| | elami | 3 | |
| | gſolreut | 5 | perfecta |
| C | alamire | 6 | |
| | cſolfa | 8 | |
| | ffaut | 3 | imperfecta |
| | alamire | 5 | perfecta |
| D | bfa | 6 | imperfecta |
| | ♮mi | 6 | perfecta |
| | dlaſol | 8 | perfecta |
| | gſolreut | 3 | imperfecta |
| | ♮mi | 5 | perfecta |
| E | bfa | 5 | imperfecta falſa |
| | cſolfa | 6 | imperfecta |
| | ela | 8 | perfecta |

# Per oratio.

¶ Hec habui optimi Auditores ad modū breuiuſcula: que de Cantu et Gregoriano/ et figurato dicerem: de ſimpliciqꝫ cōtrapuncto: adiecta figura continens omnes reſonantias: Erit igitur veſtrum (prelibamenta mea nup e Muſarum choro recepta) aſſidua accomodare exercitationi. Ne abſqꝫ vlla ſtudiorum veſtrorum vſura creſcētes

Cicero veſtri tranſeant anni. Nihil em̄ laude dignum ( dicente Cicerone in officij ) aſſequi quemqꝫ poſſe arbitrior: niſi id vſui aſſiduo tribuat. Quare vos moneo: et hortor inuigilare: atqꝫ operam nauare: memores tum patrie fame: tum neceſſario/ de veſtro ſtudio magna expectatione/ felici auſpicio/ etiam Doctiores penates reuiſuri.

Telos.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Weyſſenburgerus tenui me grammate preſſit
Nomine Joannes cui labor iſte placet
1516.



# Ad Modulatores Diſtichon.

Viue hilaris leto/ Cantorum pectore coetus
Qui modulis meſtos/ letificas animos